



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXV. De Destructione trium Propugnaculorum, & occisione mille &
plurium Pruthenorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hanno de Sangerhausen VII. Magister Gen. Ord. Teut.

Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. Prussiae.

gaudium ipsorum in luctum converterent atque dolorem, Suspenderunt in patibulo facto ante portam castri XXX. obsides Pruthenorum, quos captivos tenebant, ex quo accidit quod cum Prutheni viderent filios & consanguineos suspensos, planxerunt & ipsi similiter planctu magno.

ANIMADVERSIO.

(a) Propugnacula dicit Dusburgius ad imitationem versionis Vulgate Bibliorum, ubi propugnacula dicuntur quæ dici debebant Machinae, ut Deut. XX. v. 20. *Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia & in ceteros apta usus, succide & instrue propugnacula, donec capies civitatem, quæ contra te dimicat.* Distinguit hic autem Dusburgius propugnacula à Machinis. Ideò per propugnacula intelligendi sunt & aggeres, vel etiam Turres bell. cæ; per machinas vero catapultæ, Balistæ & Arietes, quæ veteres Historici nostri Germanicè appellant Bleyden. Cognoscimus hoc etiam, ex duobus Chronicis M. S. S. Lubecensibus, quæ citat Heinricus Bangertus *in lib. VI. Chron. SLAV. cap. ult. pag. 405.* ubi haec habentur verba: *De Van Lübeck Makeden och Vele Pramen To Wessbenu get. Da Worpren Se Up mit Eeren Blyden.* Nominantur propugnacula hæc à nostris Scriptoribus Bergfrieden. *Vid. Animadversiones ad cap. 98.* Sveticè appellantur Blydhori & Buckhori teste Johanne Loccenio *lib. 3. antiqu. Svev-Goth. cap. II.* conferatur de his ipsis in *Poliorceticis lib. II. Dial. IV. & lib. IV. Dial. I.* Qualis apud Gothos quorum majores in Prussia nostra habitarunt fuerit urbes oppugnandi ratio, videri potest apud Procopium *lib. I. de Bello Gotorum mult. post. med. Vid. & Henricus Bangert. loc. cit.*

CAP. CXV.

*De destructione trium Propugnaculorum,
& occisione mille & plurium Pruthenorum.*

Post



Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gener. Ord. Teut.

Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. Prusiae.

POst hæc surrexit quædam alteratio inter familiam fratrum & Pruthenos existentes in obsidione pro quodam (a) caldario, qui debebat deferri de uno propugnaculo ad aliud, in quo Prutheni consecrata secundum ritum ipsorum decoquere conservaverunt. Ad hanc pugnam venerunt fratres cum CL. viris, & factum fuit inter eos bellum magnum. Tandem fratres volente Domino caldarium violenter obtinuerunt, & procedentes ulterius illa tria propugnacula penitus destruxerunt, ita quod de MCCC. Viris, qui ad defensionem ipsorum fuerant ordinati, vix aliquis mortem evasit, & de parte fratrum solus Marschalcus cecidit interfactus.

ANIMA DIVERSIO.

(a) Caldarius pro vase æneo. Gregorio Turonensi caldaria lignea, est vas oleribus coquendis destinatum lib. de Glor. confess. c. 98. Vitruvius antiquus Scriptor mentionem facit alieni caldarii lib. 5. Archit. Ut & Plinius æris caldarii l. 34. Nat. Hist. c. 8. Alias caldarium veteribus locum balneariorum designat.

CAP. CXVI.

De

Desolatione (a) castri Bartenstein.

Reædificatis denuò propugnaculis, dum in Anno Domini
quarto anno scil. Domini MCCLXIV. fratre MCCLXIV. Co-
trahentibus victualibus non possent à mo- metes tam nobis-
do resistere Pruthenis, deceperunt eos tribus vi- lis apparuit, qua-
cibus in hunc modum. Fratres cum tota fami- lem tum nullus
lia sua se in moëniis castri sub silentio à manè us- vivens tridit ab
que ad horam nonam occultaverunt, & dum Pru- oriente cum ma-
theni viderent, quod nullus in Castro compa- gno fulgore ful-
reret, gens usq; ad me- dium hemisper-
batur